

## CAPUT II.

De Ritibus Malabaricis tanquam Superstitione  
polluta a Benedicto XIV. ultima definitiva  
sententia proscriptis sua per celebri Constitu-  
tione OMNIUM SOLLICITUDINUM.  
331.

## CAPUT III.

Vindicatur Constitutio OMNIUM SOLLI-  
CITUDINUM ab imposturis, erroneis  
que commentis ejusdem scripturae Gal-  
lico idioma typis edita. Concessio Mis-  
sionarium precipue pro Pareis prudens, &  
evangelicæ legi conformis. P. Patouglhet

falsa, & erronea interpretatio prefate Con-  
stitutionis exploditur. pag. 336.

§. I.

ibid.

§. II.

Articulus quo P. Patouglhet honestare contem-  
dit diversitatem Missionariorum pro Pareis,  
& Brachmanis, rejicitur. 337.

§. III.

Exploduntur vanissima sophismata §. I. recen-  
sita contra articulum in quo Pareis imbuen-  
dis Missionarii destinantur. 341.

F I N I S.

L I.

# LIBER TERTIUS IN DECALOGUM. DISSERTATIO I.

De adoratione, &amp; cultu quo Deus, &amp; Sancti colendi sunt.

P R O O E M I U M.



Adenus de actibus fidei, spei, & caritatis, quibus potissimum Deus colitur, atque de oratione, quæ religionis peculiare officium est, disputavimus. In præsens de altero religionis officio, quod adoratio nuncupatur, sermo instituendus. Plura discipienda occurrent, non modo pro Catholicorum moribus formandis, sed etiam pro hæreticorum erroribus refellendis. Verum intra inilitati nostri cancellos pedem figemus, & quæ hæreticorum vana commenta, seu deliria, ut verus dixerim, spectant, obiter tantum, & per transennam attingam. In id serius incumbam, ut nostram catholicam doctrinam de cultu Sanctorum, imaginum, & reliquiarum prælius, & clarius edisseram. Hæc quippe perspicua explanatio satis est ad profliganda novatorum sophismata, quæ fere omnia imposturae sunt, atque calumnie ex falsa Catholicorum doctrina expositione compactæ. Actum agerem, si vellem ea perlequi quæ innumeri pene Theologi catholici strenue prælitere, & a prælitato mihi scopo prolixius declinarem. Ad rem ergo accedamus.

## CAPUT I.

Quid sit adoratio, ejusdemque partitio, atque  
preceptum exponitur.

I. Adoratio generatim accepta actus est  
quo quis se alteri subicit in eundem  
excellentiæ testimonium. Ratio potissima adora-  
tionis est excellentia, seu dignitas perso-  
næ adoratæ. Tot ergo sunt adorationes,  
quot sunt dignitatum genera. Dux porro  
sunt dignitates, increata una, creata altera.  
Dividitur itaque primo adoratio in eam quæ  
increatæ maiestati, seu Deo, debetur, & ap-  
pellatur *latria*; & in eam quæ creaturis ex-  
hibetur ob excellentiam ordinis supernaturalis  
a Deo participatam, puta gratiæ, sanctitatis,  
beatitudinis; & hæc vocatur *dulia*, qua coluntur Sancti. Quia vero mirum in modum  
supra omnes Sanctos, cælestique spiritus emi-  
net B. V. Maria Christi Domini Mater, id-  
circo peculiari adoratur cultu, qui dicitur *hyperdulia*, seu supra cultum *dulie* Sanctis exhiben-  
dum, & infra cultum *latriæ* Deo debitum.

II. Tribuitur rursus adoratio in internam,  
& externam. Illa interior actus est quo spiri-  
tus Deo subicitur, tanquam supremo re-  
rum omnium conditori; & hæc ratione An-  
conc. Theol. Tom. III.

geli, animæque beatæ Deum adorant. Hæc  
foras erumpit, sequæ manifestat actionibus ex-  
ternis, puta demissione capitis, corporis pro-  
stratione, osculis, genuflexionibus, idque gen-  
us similibus signis. Interna consistit sine ex-  
terna; focus hæc absque illa. Quin exterior  
interiori delituit non adoratio, sed adulatio,  
fictio, & irritio est. Utramque Deo exhibere  
astringimur, ut optime docet D. Thom. 2. 2.  
qu. lxxviii. art. 3. *Quis ex duplici natura  
compositi sumus, intellectuali scilicet, & sen-  
sibili, duplicem adorationem Deo offerimus,  
scilicet spirituales, quæ consistit in interiori  
mentis devotione, & corporalem, quæ consi-  
sit in exteriori corporis humilitatione. Et quia  
in omnibus actibus latriæ, id quod est exter-  
nus, referitur ad id quod est interius, sicut  
ad principalem; ideo ipsa exterior adoratio fit  
propter internam, ut videlicet per signa hu-  
militatis, quæ corporaliter exhibemus, excitemur  
nostræ affectus ad subiciendum se Deo quia  
connaturale est nobis ut per sensibilia ad intel-  
ligibilia procedamus.*

III. Dividitur tertio adoratio in absolutam,  
& respectivam. Absoluta est, inquit cum  
ceteris recentioribus Salmanticensibus tract. xx.  
cap. x. punct. 1. num. 3. quæ exhibetur crea-  
turis quæ ex se sunt capaces excellentiæ, &

A

iaa.

sanctitatis, & gratia. Porro sola creatura rationales sunt harum dotum capaces: atque adeo illis solum adoratio absoluta debetur. Haec descriptio iuxta communem Theologorum mentem sano gaudere sensu potest. Verum, ut calumniandi anxia heterodoxis penitus eripiantur, dicendum est, omnem cultum religionis Deum respicere, in Deum resolvi, atque in Deo sistere, & quietere. Quare, si exacte loqui velimus, sola adoratio Deo exhibita absoluta omnino est; cultus autem quem Sanctis offerimus, in Deum refertur: quippe Sanctos propter Deum, propter intimam cum Deo coniunctionem, propter dignitatem, gratiam, & sanctitatem ab eo participatam colimus. Quare & istorum cultus semper relationem in Deum exprimit. Dicitur vero a Theologis absoluta adoratio Sanctis exhibita relate ad imagines, reliquiasque, quae cum sint res inanimatae excellentia destituta sunt; cultusque qui illis offertur, spectat personas quas representant: idcirco relativus est cultus eisdem exhibitus.

IV. Adoratio quae creaturis exhibetur ob naturales dotes, & dignitates, observantia nuncupari solet, & potest eisdem externis signis fieri quibus Deus colitur. Externae quippe corporis actiones adiaphorae sunt, seu indifferentes, quae tum ad Deum colendum, tum ad honorandos homines usurpantur valent. Genuflexione, corporis prostratione Deus adoratur: & tamen his quoque signis Iudith *visio Holoserne adoravit eum, proferens se super terram*: c. x. Genuflexione quoque Pontifices summo adoramus. Manus ad caelum extendimus, ut Deum adoremus. *Expandi manus meas ad Dominum Deum meum*: Esdr. I. cap. ix. & *Propheta Regius Psal. cxl. inquit: Elevatio manuum mearum sacrificium vesperarum*. Et tamen hoc quoque signo utitur ad hominum auxilium postulandum. Pectoris tunso etiam de se indifferens est: quivimus enim iuxta communem usum ad impetrandam a Deo peccatorum veniam magis proprie determinata sit; nihil tamen impedit quominus hominem a nobis offensum eadem placemus, & offensae irrogatae remissionem postulemus. Sed hoc signum magis ad virtutem penitentiae quam religionis pertinet. Adoratio ergo externa privata ut fiat divina, ab intentione adorantis pendet; nisi aliqua peculiari lege, usi, aut consuetudine ad Deum adorandum destinata iam sit. Hinc est quod, dum privati publice actiones tales externas exercent, non satis est eos bonam habere intentionem, sed circumstan-

tia loci, temporis, personarum, & consuetudinis spectanda sunt. Omnium huiusmodi generis externarum actionum excellentissima, quaeque soli Deo debetur, est sacrificium, de quo suo loco.

V. Quaest. I. *Daturne preceptum divinum, & naturale colendi Deum actibus tum internis, tum externis?* Resp. Conclusio affirmans certa est de fide. Et quod dicitur preceptum divinum, consistit ex pluribus Scripturae textibus, potissimum ex cap. xx. Exod. & cap. v. Deut. *Ego Dominus Deus tuus... Non habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile. Quod mandatum adfirmans est, quatenus cultum praecipit; & negans, quatenus vetat aliorum deorum cultum. Congruentius verbis negantibus exprimitur, quia homo naturali instinctu ita in Dei cultum fertur, ut potius indigeat prohibitionis freno cohiberi, ne in superstitionem labatur, quam stimulis urgeri, ut Creatorem suum adoret. Quod porro mandatum istud naturale fit, etiam patet. Quod enim nobis magis insitum a natura est quam eum venerari a quo omnia accepimus? Cum vero dupplicem a Deo naturam susceperimus, spiritalem, & corpoream; consequitur utriusque naturae actibus, seu adoratione interna, vel interna & externa mixta colendum illum a nobis esse. Quae omnia certiora sunt quam probatione egeant.*

VI. Quaest. II. *Quandam hoc preceptum per se obligat?* Resp. Preceptum hoc, ut negans, obligat semper, & pro semper, quemadmodum omnia precepta negativa, quae vetant actiones suapte natura malas; ut autem adfirmans est, obligat statim temporibus. Recentiores quidam Probabilistae P. Thomas Tamburinus Lib. II. in Decal. cap. IV. §. 2. num. 4. Esquander Lib. I. in Decal. cap. xxxi. Rocafull. Lib. III. in Decal. cap. v. dub. 2. alique, quos citat Leander, docent nullo tempore hoc preceptum per se & directe adorationem imponere; sed tantum indirecte, & per accidens. Quam fit laxa opinio haec, opus haud est verbis offendere. Ipsa nobis offendit ex se suam prodit laxitatem; ne dicam horrorem. Communis Theologorum sententia docet, preceptum illud per se & directe adorationem imponere. Quo tempore, & quodque exercenda sit, vide quae dicta sunt de actibus fidei, spei & caritatis: eadem est adorationem praecipit ratio. Ideo enim in lucem editi sumus, ut Deum nostrum fides, spe, caritate, & religionis actibus co-

lamus: adeoque vita moralis nostra, & christi-

siانا his actionibus vivere debet. Ea ergo frequentia repetere hac religionis officia debemus quae ad vitam morale, & christianam nutriendam, fovendamque laetis sit. Praeter preceptum naturale, & divinum datur etiam mandatum ecclesiasticum, quo iubemur omnibus diebus festis Deum colere. Hunc enim Dei cultum spectant festa omnia, omnesque fideles his diebus una cum Sacerdote sacrificium Deo offerunt.

VIII. Quaest. III. *Est ne locus determinatus in quo colendus Deus sit?* Resp. Si fermo sit de loco iure naturali, aut divino praescripto, certum est nullum designatum locum esse; sed, cum Deus ubique praesens sit, ubique eum adorare possumus, & debemus. Ecclesia vero, Deo ipso praescribente, templa erexit, in quibus sacrificia, solemnesque divini cultus celebrantur. Tres congruentes rationes adfert Angelicus, quibus evincit convenientem, atque decentem templorum institutionem, 2. 2. quaest. lxxxv. art. 3. ad 2. *Determinatus locus eligitur ad orandum, non propter Deum qui adoratur, quasi loco concludatur; sed propter ipsos adorantes. Et hoc triplici ratione. Primo quidem propter loci consecrationem, ex qua specialem devotionem concipiunt orantes, ut magis exultantur; sicut patet ex adoratione Salomonis III. Reg. viii. Secundo propter sacra Mystra, & alia sanctitatis signa quae ibi continentur. Tertio propter consuetudinem multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exultabilis. Subdit ibidem ad 3. Angelicus, convenientius nos adorare Deum vultu, & templi faele ad orientem versa, tum propter Christum, qui lux mundi, & oriens nominatur; tum propter paradisi in oriente constitutum, quasi queramus ad paradisi redire, dum illic conversi oramus.*

## CAPUT II.

Cultus laetiae soli Deo uni trinoque, atque Christo Domino debetur.

I. SOLUS Deus est dignitatis infinitae, quae nulli creaturae communicari potest. Haec porro infinita dignitas omnibus tribus personis communis est. Ergo cultus laetiae soli Deo uni trinoque debetur, iuxta illud Matth. IV. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*. Laetia enim servitus est quomodo soli Deo adstringitur exhibere. Hinc sequitur singulari personae scilicet adorari posse cultu laetiae, cum singulae sint Deus, dummodo tamen nulla explicite excludatur: quae

libet enim sine altera concipi valet. Quapropter Ecclesia singulari scilicet diem festum dicavit, ut nos distincte eandem adorare possemus.

II. Quoniam vero adoratio externa generatim considerata adiaphora est, necesse est aliquid signum designare quo cultum soli Deo debitum manifestemus. Hoc porro est sacrificium, quod abique superstitione nulli creaturae, quantumvis excellenti, offerre licitum est. Quis vero? (inquit Angelicus 2. 2. quaest. lxxxv. art. 1.) *sacrificandum censuit, nisi et quem Deum aut servit, aut putavit, aut finxit*; quod prius docuerat Augustinus Lib. X. de Civ. Dei cap. iv. Certum itaque est penes omnes, & Deum unum, & singulas tres personas, & coniunctum, & seorsim, adorari a nobis posse, & debere.

III. Quaest. I. *Christus Dominus, ut homo, adorari ne possit adoratione laetiae?* Resp. Quod Christus, ut secunda Trinitatis persona, debeat cultu laetiae coli, ex dictis constat. Id dumtaxat in controversiam vertitur, debeat ne ut homo eodem cultu adorari. Adhaerent Theologi omnes cum D. Thoma III. Par. quaest. xxv. art. 1. ubi hanc habet rationem. *Cum in Christo sit tantum una persona divina, & humanae naturae, etiam una hypostasis, & unum suppositum; est quidem eius una adoratio, & unus honor ex parte eius qui adoratur, sed ex parte causae qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, ut scilicet alio honore honoretur propter sapientiam incretam, & alio propter sapientiam creatam. Christus specificiter acceptus utramque naturam divinam, & humanam comprehendit: ergo in ipso splendet infinita dignitas quae cultum laetiae sibi vindicat. Nam, ut aliquod totum adoremus, & eisdem partes illud constituentes, haud est necesse quod totum adorationis insit cuique parti: sed satis est quod ratio adorationis in aliqua parte resideat. Cultu laetiae adoramus Eucharistiam, quia ibi reperitur Deus, qui est ratio adorationis. Et dum aliquam personam sanctam colimus, omnes illius partes veneramus: quamquam sanctitas, quae est adorationis causa, non omnibus insit. Igitur, ut Christum adoremus adoratione laetiae, etiam ut hominem specificiter consideratum, satis est quod illius humanitas terminata sit subsistentia divina, quae est formalis adorationis ratio.*

IV. Quaest. II. *Humanitas Christi, ut a verbo divino abstracta, est ne cultu laetiae adoranda?* Resp. Negant Theologi cum eodem

D. Thoma: quia humanitas ut praecisa a Verbo considerata solam prodit dignitatem creatam, & limitatam. Ergo secundum hanc rationem non latræ, sed dulcis cultus eidem debetur. En verba Angelici III. Par. quest. xxv. art. 2. Honor adorationis proprie debetur hypostasi subsistenti; tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Uno modo, ut sit eius sicut rei adorata; & sic adorare carnem Christi, nihil aliud est quam adorare Verbum Dei incarnatum; sicut adorare vestem Regis, nihil aliud est quam adorare Regem vestitum; & secundum hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latræ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, qua fit ratione humanitatis Christi perfecte unum menere gratiarum; & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latræ, sed dulcis.

V. Quest. III. Licet ne praecise adorare humanitatem Christi adoratione dulcis propter creatam perfectissimam quibus splendet? Resp. Negant plures, ut Vaquez, Sylvius, & alii. Adfirmat contraria sententia auctoritate nixa D. Thoma: inquisit: Una & eadem persona Christi adoratur adoratione latræ propter suam divinitatem, & adoratione dulcis propter perfectionem humanitatis. loc. cit. Quod eisdem modi duæ adorationes possint Christo Domino exhiberi propter duas naturas, iam constat ex his que dicta sunt. Quod autem in praxi offerri possint, & debeant reapse eiusmodi duæ diversæ adorationes, non est quæstio tanti momenti, ut feverius dispendiendi sit. Dum cultu latræ Christum adoramus, supremo & excellentiori cultu honoramus tum Divinitatem eius, tum humanitatem eidem coniunctam. Si quis eosdem meditari vellet Christi humanitatem, & peculiari veneratione colere eam vellet ob creatas perfectiones, verum religionis officium aget. Tamen, ut mihi videtur, satis est, missis his praecisionibus, Christum Dominum cultu latræ iuxta communem, obviunque modum adorare.

VI. Quest. IV. Corpus Christi in triduo mortis erat ne cultu latræ adorandum? Resp. Adfirmat communis sententia, quia erat unitum Verbo divino. Idemque allendendum de sanguine naturali in illius passione effuso, quoniam hic nunquam a Verbo dimissus fuit. Idem quoque dicendum de sacramento Eucharistiæ, in quo corpus Christi divinx personæ hypostaticè copulatum ineffabili modo

existit. Et hoc definitivè Tridentinum Concilium adversus Lutherum, & Calvinum.

VII. Quest. V. Adoranda ne est hostia in Sacerdote in Missa elevata absolute, aut conditione adiecta? Resp. Hec est responsio D. Thoma: Dicendum, quod qui adorat hostiam non consecratam, adorare eam potest sub conditione, scilicet si est consecrata. Non tamen oportet quod hoc conditio semper sit actu explicita; sed sufficit quod habitu teneat illam. Unde non peccat adorans eam, quia non adoratur poram creaturam, sed Christum secundum intentionem. Sacerdos autem, quantum est in se, facit populum idololatrare, quia offert ei poram creaturam. Non est necesse ut hæc conditio expresse apponatur, sed satis est eam in habitu, & implicite adesse. Licet enim absolute eam adorare, quia nulla prudens ratio suspicandi occurrit, Sacerdotem eam consecrare nolle. Sufficit ergo ut Catholicus ea sit affectus dispositio, ut, si ferret eam non esse consecratam, se ab adoratione abstineret. Qui tamen adorat hostiam reipsum non consecratam, non exercet actum virtutis religionis, sed actum idololatriæ, qui ad culpam illi non imputatur ob invincibilem errorem.

VIII. Quest. VI. Adoranda ne est latræ cultu caro, vel sanguis, qui interdum in hostia consecrata per miraculum apparet? Resp. Communis sententia adfirmat. Quia caro illa, vel sanguis, aut est Christi, aut quid divinitus creatum Christum referens. Si sit Christi, nemo ambigit latræ cultu adorandum esse; si quid divinitus productum, ipsum Christum repræsentat. Omnis autem Christi imago latræ adoratione colenda est. Et sane in omnibus his apparitionibus que divinitus factæ narrantur, Christus Dominus repræsentatur, immo ad hunc repræsentandum sunt instituta, ut fides, & devotio mirum in modum augeatur. In hanc sententiam concedit D. Thomas III. Part. quest. lxxv. art. 8. ubi querit, utrum quando in eucharistiæ miraculose apparet caro, vel puer, sit *vere corpus Christi*. Cui quaerito sic respondet in argumento. Sed contra est, quod tali apparitione facta, eadem reverentia exhibetur et quod apparet que etiam primo exhibebatur: quod quidem non fieret, si vero non esset ibi Christus, cui reverentiam latræ exhibebimus. Si omnes tamen hostiam consecratam sub speciebus panis nobis propolitam latræ cultu adorandum debemus, potiori iure talem cultum eidem debemus miraculosa apparitione peracta. Ideo ne Deum insigne prodigium patrabit, ut cultum immuat augustinum sacramento? Sapponi-

mus enim apparitionem virtute divina peragi ob maiorem Dei gloriam, fidei confirmationem, populiq; devotionem.

## CAPUT III.

De cultu quo Crux Christi, & cetera eiusdem passionis instrumenta sacratissima coli possunt, & debent.

I. Quest. I. Crux Christi adoranda ne est latræ cultu? Resp. Adfirmat pene omnes Catholici. Quoniam Crux Christi imago Christi est. Imago autem Christi eodem ac ipse Christus cultu adoratur. Quod autem Crux sit signum speciale, seu symbolum referens Christi personam, patet ex illo Math. xxiv. Tunc apparebit signum Filii hominis: quo ex textu omnes Interpretes Crucem Christi exprimi docent. Rem hanc optime explicat Angelicus. Dicendum est, quod imaginem Christi, in quantum est res quedam (puta lignum sculptum, vel pictum) nulla reverentia exhibetur, quia reverentia non nisi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur et reverentia solum in quantum est imago: & sic sequitur quod eadem reverentia exhibetur imaginem Christi, & ipsi Christi. Cum ergo Christus adoratur adoratione latræ, consequens est quod eius imago sit adoratione latræ adoranda. III. Part. quest. xxv. art. 3. Accedit quod Crux illa cum incarnatum Verbum aliquid fuit, non solum adorari debet, eo quod sit imago eiusdem Christi: sed etiam ob physicum contactum cum eiusdem membris, & ob sanguinem illum pretiosum quo fuit aspersa; ut docet idem Angelicus loc. cit. art. 4. Si ergo loquamur de ipsa Cruce in qua Christus crucifixus est, utrumque modo est a nobis veneranda: uno scilicet modo, in quantum representat nobis figuram Christi extensi in ea, alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc quod eius sanguine est perfusa. Unde utroque modo adoratur eadem adoratione cum Christo, scilicet adoratione latræ.

II. Quest. II. Cetera sacratissima passionis Christi instrumenta inanimata, ut clavi, lancea, fustes, flagella, corona, arundo, sponsa, & similia, sunt ne latræ cultu adoranda? Resp. Adfirmat Catholici omnes ob physicum contactum cum Christi corpore. Ex hoc quippe contactu insignes evadunt reliquiae, relationemque peculiarem habent ad ipsum Christum, ut explicat D. Thomas loc. cit. ad 3. Pretiosum lignum, ut sanctificatum tactu sancti corporis & sanguinis, decet adorandum, clavos, indumenta, lanceam, & huiusmodi.

Cont. Theol. Tom. III.

Ista tamen non representant imaginem Christi, sicut Crux, quæ dicitur imaginem Filii hominis, quod apparet in celo. Contactus ergo sacratissimi Christi corporis efficit ut instrumenta inanimata eodem ac Christum colamus cultu, quia eadem omnino propter Christum adoramus: neque enim hæc capacia sunt alieius intrinsecæ adorationis, cum nullam intinjam habeant dignitatem. Hæc ratione animata instrumenta, ut manus cruciscentium, labia osculantium eundem Christum non sunt adoranda ob seculas eiusdem membris paratum. Anima quippe flagitia etiam externa membra inquinant. Quare licet ob contactum essent adoratione digna, tamen ob crimen perpetratum non adoratio, sed detestatio digna sunt.

III. Azorius adfert auctoritatem D. Augustini ex ser. lxxv. de verbis Domini desumptam, ut evincat, Augustinum doctissime instrumenta inanimata non esse cultu latræ, sed dulcis adoranda; quam auctoritatem obtrudit quoque Leander, qui aliorum Casistiarum vel minima membra censoria virga designat. Verum terno ille suppositio est, atque inter opera apocrypha repositus, ut videat in Appendice Tom. X. Quin nec in praefato sermone reperitur verba que opponunt Azorius, & Leander, ut animadvertunt Salmanticenses tract. xxi. c. x. p. 3. num. 20.

IV. Argumenta que ad heterodoxos opponi solent, non nempe colere ligna, & metalla, putida mendacia sunt, toties profligata. Nam in his symbolis, & figuris Christum ipsum colimus, hæcque signa veneramus unico titulo, quod nobis in memoria reducant exemplar quod referunt. Nullius quoque momenti est aliud commentum, quo consistunt neminem filiorum colere patibulum, seu laqueum que pater suspensus fuit. Cui argumento respondet D. Thomas, quod in Cruce Christi quantum ad intentionem, vel opinionem in ipsalium consideratur approbrium Christi, sed quantum ad effectum nostræ salutis, consideratur virtus divina ipsius, qua de hostibus triumphavit. Colitur ergo Crux Christi, non ut infame supplicium a Iudæis electum; sed ut vixit turpissima Christum plebent; sed ut mortuum victoriam, quam de hoste humani generis Christus tulit, & ut triumphale nostræ salutis monumentum. Denique ad id quod obicitur, manus B. Virginis, Sponsi Ioseph, & discipulorum, que tetigerunt Christi corpus, adorandas fore latræ cultu; respondetur disparem esse rationem. Nam instrumenta anima delictura non sunt

cultus capacia, prout in se considerantur: ideo totus prior cultus quem illis exhibemus, in Christum omnino refertur. B. Virgo, illius Sponsa, & discipuli sunt intima excellentia ornat, atque adeo cultu digni, tametsi & cultum ipsum quem Sanctis exhibemus, in Deum referamus. En D. Thomas responsum. *Crux non est capax venerationis prout in se consideratur... Sed Beata Virgo secundum se ipsam est venerationis capax: & ideo non est similis ratio.* III. Part. q. xxv. art. 5. ad 3. Idque sulus explicat in corpore articuli.

V. Ad Crucem quod attinet, distinguenda est Crux illa in qua Christus pendit, ab aliis crucibus quae ad eundem similitudinem compinguntur. Duplici titulo illa colitur, & ratione imaginis, quam Christi in semetipso extendi prestat, & ratione contactus quidem sanctissimi corporis. Quare, etiam si Crux illa scindatur in partes, figuramque Crucis amittat, adhuc adoranda est latræ culus ob distant contactum. Ceteræ crucis omnes quæ sunt ad primam illam representandam, solo titulo imaginis adorantur: ideo, si rationem imaginis, & figuræ Christi representantis amittant, nullo modo sunt colende. Denique ut Crux Christi colatur, oportet ut data opera instituta sit ad sacrum referendum mysterium. Quapropter ceteræ crucis quæ casu ex lignis, paleis, aliisque rebus sortuito transverberis coniungunt, non sunt colende; sed, ut cetera ligna, negligi, vel adhiberi valent ad usum communem. Nomina Dei, Iesu Christi, & Deipare eodem cultu veneranda sunt quo eorum significata. Hæc quippe nomina produunt personas quæ veneratione dignæ sunt. Ergo sicut imagines quæ personas sanctitate illustres referunt, coluntur, ut tales personas representantes: sic talia nomina, prout significant, Deum, Christum, & B. Virginem, coli debent. Ita communiter Theologi.

#### CAPUT IV.

*De adoratione debita B. Virgini Mariæ, Angelis, & Sanctis.*

I. SOLUS Deus est qui cultu religioso latræ a nobis adorari debet. Hoc tamen non impeditur quominus alio inferiore cultu alias personas creatas venerari possimus ob illarum peculiarem conjunctionem cum Deo ipso, & ob dona excellentia quæ illis Deus communicavit. B. Virgo Maria super omnes creaturas eminet; ideo cultu peculiari adoranda

est, quem cultum *hyperduliam* vocamus. Innumerati Doctores catholici adversus recentes novatores sacre antiquitatis monumenta promunt, quibus vevitissimum Marianæ cultus traditionem evincunt. Patrum cultique fere sæculi testimonia assert Natalis ab Alexandro disert. xxv. in hist. sæculi V. Luculentia sunt encomia quibus Irenæus, Tertullianus, & Origenes Virginis excellentiam & dignitatem extollunt. S. Gregorius Neocesariensis hom. 111. de Annuntiatione B. V. his verbis exprimit cultum eidem debitum. *Tibi omnis celestium, terrestrium, & infernorum natura convenientem cultum, ac venerationem adhibet. Tu enim vere thronus cherubicus facta es & c.* Sanctus Ephrem Syrus serm. de B. V. laudibus eam invocat in hunc modum. *Sub tuum presidium confugimus, o sancta Dei Genitrix, sub alis pietatis, atque misericordie tue protege, & custodi nos. Miserere nostris, qui sordibus peccatorum conspurcati sumus, qui seculibus, atque delictis quamplurimis Creatorem Deum nostrum; & iudicem universorum offendimus.* Mira sunt elogia que eidem pangit Epiphanius pluribus in locis, potissimum in oratione de laudibus eiusdem B. V. Quod quod vel ipsi hæretici fatentur, elapso quarto redemptionis sæculo obrinnisse in Ecclesia catholica cultum in Deiparam, & in Sanctos omnes in cælis degentes?

II. Igitur de fide est B. Virginem, Sanctosque in cælo cum Christo regnantes aliqua adoratione colendos esse. Id enim definitum est tum in Concilio Nicæno II. act. 11. & 111. tum in Tridentino sess. xxxv. de invocatione Sanctior. Præterea sacre Scripture textus, qui hanc veritatem confirmant; eo quod pens innumeris Theologos Polemicos obvii sunt. Ratio quoque naturalis prælo adest. Ratio quippe adorationis est dignitas, & excellentia persone adorandæ. Hac ratione, quia Deus infinitæ maiestatis, & dignitatis est, supremo latræ cultu illum veneramus. Porro Angeli, Beati, & Sancti in cælo regnantes singulari gratia & dignitate fulgent. Cur ergo illis denegandus est cultus? An quia soli Deo cultus debetur? Solum Deo debetur utique cultus latræ, seu solus Deus adorandus est ut Deus, atque adeo latræ cultu. Hic cultus nulli creaturarum offerri absque idololatriæ flagitio potest. Sed cur denegandus est Sanctis cultus inferior, quem *dulcie* appellamus, qui eorum creatæ dignitati, & limitate excellentie respondet, quique in Deum ipsum in Sanctis suis misericordem, & donorum largitorem tandem

tandem refertur, ac in eodem quiescit? Cur per summam calumniam idololatriæ labe hunc cultum criminantur hæretici, si nos voce, & scriptis testamur, nos venerari & colere Sanctos ob amicitiam quam cum Deo habent, ob dona, & excellentiam a Deo illis communicatam: si testamur nos cultu distincto, & longe maxime inferiore illo quo Deum colimus, Sanctos venerari?

III. Obiiciunt heterodoxi. Angelus Apoc. xxii. prohibuit se adorari; sicut & D. Paulus act. x. & D. Petrus. Ut hæc, & similia plenus intelligantur, lubet transcribere quæ docet D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxiv. art. 1. ad 1. *Alia veneratione veneramus Deum, quod pertinet ad latræ; & alia veneratione quodam excellentes creaturas quod pertinet ad dulciam... Secundum reverentiam ergo quæ creaturis excellentibus debetur, Nathan adoravit David; secundum autem reverentiam quæ debetur Deo, Marдохæus voluit adorare Anan, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Esaiæ xlii. Et similiter secundum reverentiam debent creaturæ excellenti, Abraham adoravit Angelos; & etiam Iosue, ut legitur Iosue v. quomodo possit intelligi, quod adoraverint adoratione latræ Deum; qui in persona Angelis apparebat, & loquebatur; secundum autem reverentiam quæ debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apoc. ult. tum ad ostendendam dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut Angelis equetur: unde ibi subditur: Conferens tuis sum, & fratrum tuorum: tum etiam ad excludendum idololatriæ occasionem; unde subditur: Deum adora. Hac angelica doctrina profligantur omnia hæreticorum in hac materia sophismata.*

IV. Hinc quoque inferunt, adorationem quæ colimus Sanctos, alterius a religione virtutis esse. Cuius diversitatis rationem prodit idem Angelicus. Nam, ubi est diversæ debiti ratio, diversæ requiritur virtus ad illud solvendum. Sed alio titulo debetur Deo adoratio, & alio Sanctis: Deus quippe colendus a nobis est; quod omnium Creator sit, & ob illius incrematam, & eminentem maiestatem; hominibus vero cultus debetur ob creaturam, finitam, & a Deo acceptam dignitatem: hæ autem due rationes sunt omnino diversæ. Ergo virtutes distinctæ illis respondere debent. Sed Angelici verba afferamus. *Ubi est alia ratio debiti, ibi necesse est quod sit alia virtus quæ debitum reddat. Alia autem ratione debetur servitius Deo, & homini;*

*sicut & alia ratione dominium comparit Deo, & homini. Nam Deus plenarium, & principalem dominium habet respectu totius, & cuiuslibet creature, quæ totaliter eius subicitur potestati; homo autem participat quantum similitudinem divini domini, secundum quod habet particularem potestatem super aliquem hominem, vel super aliquam creaturam. Et ideo dulcia, quæ debentur servitium exhibet homini dominanti, alia virtus est a latræ, quæ exhibet debitum servitium divino domino. 2. 2. q. ciii. art. 3. Plura alia huc spectantia legi possunt apud eundem Angelicum, ubi ostendit, quod licet eadem caritate diligatur Deus, & proximus, quia eadem est diligendi ratio, nempe bonitas divina; diversa tamen virtute colitur Deus ab ea qua adorantur Sancti, ob diversam cultus rationem.*

V. Cultus itaque debetur creaturis quibuslibet, non est latræ, sed dulcia. Quia vero B. V. Maria creaturis omnibus, Angelis, & Sanctis quibusque gloria, gratia, & dignitate antecellit; ideo perfectissimo dulcia cultu, quem *hyperduliam* vocamus, colitur. Hoc quoque docet Angelicus III. Part. quæst. xxv. art. 5. *Cum igitur Beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latræ, sed solum veneratio dulcia, eminentius tamen quam ceteris creaturis, inquantum ipsa est mater Dei. Et ideo dicitur quod debetur ei non qualitas dulcia, sed hyperdulcia. Quare merito proscripta est propositio sequens ab Alex. VIII. Latus quæ deservit Mariæ, ut Mariæ, vultus est.*

VI. Obiiciunt hæretici, hanc distinctionem cultus latræ, & dulcia commentitiam esse, nullibi in Scripturis indicari, incoGITAMQUE fuisse primis Ecclesiæ sæculis. Verum id equidem in Scripturis hæc verbalem distinctionem non haberi; sed habetur res ipsa, nempe cultus Deo, & Sanctis prestandus. Quid ergo interest de vocabis iurgari, cum res ipsa teneamus? Scriptura, & præcipi Patrum cultu Deo, & sanctis Angelis, hominibusque exhibitum approbat. Non ergo improbanda, sed laudanda distinctio, quam magister usus invenit maioris claritatis gratia. Nec verum est quod obtrundit Lutherani, & Calvinistæ, a Pontificibus recentior hæc distinctio invenit. Nam illius meminit Augustinus Lib. X. de Civit. Dei cap. 1. & Lib. XX. cont. Faustum cap. xxxi. ubi inquit: *Celissus ergo Martyres eo cultu dilectionis, & societatis quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, & homini;*

ad tales pro evangelica veritate passionem primum esse sentimus, sed illos tanto devotius, quanto securus post carnalium sperata; quanto etiam vehementer laquei praedicti tam in vita felicitate extiterit, quam in illa adhuc pugnantem. At vero illo cultu qui graeco latine dicitur, latine univocum dici non potest, cum sit quaedam proprie Divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum.

VII. Alteram calumniam, qua imponunt haeretici, nos Sanctis altaria, & templa erigere, illicque sacrificia offerre, repellit Augustinus eodem Lib. XX. cont. Faustum cap. XXI. Nam quod etiam hinc nobis calumniatur Faustus, quod Martyrum memorias honoramus, in hoc dicens nos idola convertisse, non tam me movet, ut huic calumnie respondeam, quam ut ipsum Faustum offendam studio calumniandi, etiam ab ipsius Manichaei vanitatibus exorbitare voluisse. . . . Populus autem christianus memorias Martyrum religiose sollemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conficiatur, atque orationibus adjuvetur; ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quavis in memorias Martyrum, constituantur altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit: Offerimus tibi, Petre, aut Paulo, aut Cypriano? Sed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit: ut ex ipsorum locorum admiratione maior affectus exurgat ad ascendendam caritatem, & in illos quos imitari possumus, & in illos quos adjuvante, possumus. Plurima possem isthuc transcribere ex aliis Patribus; sed non est istius instituti.

VIII. Illud nunc est reliquum, ut declaremus, quibus Sanctis cultus dulcie debeatur. Cui quaestio breviter respondemus, primum Sanctis ab Ecclesia canonizatis dulcie cultum deferendum esse. Nam canonizatio publicum Ecclesiae testimonium est de vera sanctitate alicuius hominis iam defuncti: simul enim ac Sancti aliqui in catalogo Sanctorum recensiti sunt, invocantur in publicis Ecclesiae precibus, in eorum memoriam Deo templa, & altaria dicuntur, & preces, seu officia recitantur, eorum imagines, atque reliquiae publico cultui exponuntur: quae omnia, non precepto urgente, sed lege permitte, & adprobante, fieri possunt.

IX. Iudicium Ecclesiae, seu summi Pontificis in Sanctorum canonizatione nulli errori obnoxium esse, docent Catholici omnes

adversus recentiores haereticos, infallibilitatis pontificiae infensissimos olores. Misiss plurimis quae in hanc rem Theologi congerunt, referam prudentissimum D. Thomae sententiam. Canonizatio Sanctorum medium est inter iudicium Papae de rebus fidei definitis, & de particularibus factis. . . . Quia tamen honor quem Sanctis exhibemus, quaedam professo fidei est, quo Sanctorum gloria creditur, pie credendum est quod nec etiam in his iudicium Ecclesiae errare possit. Quodlib. IX. ar. 16. Opponunt heterodocis auctoritate Augustini iniquitatis: *Multorum corpora honorantur in terris quorum anima torquentur in gehenna*: qui textus, etsi invenitur in Augustino, quod negat Bellarminus, nihil offendet sententiae nostrae; sed quadraret in Lutheranos, & Calvinistas, quorum corpora magnis, ac sculptis lapidibus, tumulifuge superbis honorantur in terris, & animae eorum in Lutherana fide defunctae torquentur in gehenna. Non loquitur Augustinus de animabus quae catholicae Ecclesiae iudicio in caelis regnant; sed de aliis quae vulgi opinione adorantur. Plura alia disputant Theologi de Sanctorum canonizatione, quae ut ab instituto nostro aliena, missa facio. De beatificatione quoque Sanctorum, de istius a canonizatione distinctione, de cultu deferendo Sancto beatificato, sulsus disputant. Paucis haec omnia expediam.

X. Beatificationem accidentaliter tantum distinctam communiter asserunt a canonizatione, & ut quid imperfectum a perfecto & Beatificatio enim proxima via est ad canonizationem. Non est ultimum Ecclesiae iudicium, quo definit Beati cultum, sed illum dumtaxat approbat. Eodem caelesti lumine illustratur Ecclesia, & Pontifex in beatificatione, ac canonizatione Sanctorum. Nihil impedit, Beatum ab Ecclesia declaratum vocari Sanctum, ut communis fert consuetudo. Cultus deferendus Beatis exprimitur in Bulla beatificationis, nec alius exhibendus est. Quomodoquidem sub nomine Beatorum offertur Deo sacrificium, ita templa, & altaria sub illorum memoria erigi Deo valent. Num licet in processibus Beatorum deferre reliquias, eisdem in publicis litaniis invocare, consulenda est consuetudo Romanae Ecclesiae, quidque usus communis ferat Ecclesiarum in his & similibus rebis.

XI. Prolixam quoque disputationem instituant Theologi de cultu qui offerri viris, aut feminis cum sanctitatis fama demeritis possit. Qua in re sicuti certum est nullum

publicum cultum offerri posse sive viris, sive feminis, nondum ab Ecclesia in Sanctorum, aut Beatorum censu perscriptis; ita certum est licite offerri illis posse cultum privatum: idque constat ex universalis populi christiani vetustissima consuetudine. Quin prima, ut ita dicam, ianua, quae viam aperit ad beatificationem, & canonizationem, est populi devotio, & concursus ad istorum defunctorum sepulchra, & invocatio eorumdem in infirmitatibus. Et, si dum in terris degant, licitum est privatim rogare, ut pro nobis intercedant; quidni licebit idem cum illis peragere post illorum mortem? Cultus dumtaxat publicus, qui sit Ecclesiae decreto declaratus, deferri illis nequit. Quare neque officia divina recitari, neque altaria erigi, nec sacrificia sub illorum nomine offerri, neque eorumdem imagines radiis, & splendoribus depingi valent. Quia hi cultus auctoritate Ecclesiae facti pro Sanctis, vel Beatis designati. Illis igitur nec publice, nec privatim praefati cultus possunt offerri: haec quippe omnia vetita sunt. Neque ergo in Ecclesia, neque in privatis Oratoris retineri possunt praefatae tabellae cum radiis, & splendoribus pictae, neque ad illorum sepulchra luminaria, lampades accendi valent, ut habeatur in Decreto Urbani VIII. quo haec, & plura alia vetantur. Quod praxim tamen spectat, in appendendis tabellis, in quibus favores, & prodigia defuncti alicuius intercessionem obtenta exprimuntur, locorum Ordinarii sunt consulendi, quibus cura commissa est invigilandi adversus abusus qui irrepere valent. Veritum quoque est vocare Sanctos, vel Beatos eos qui nondum in censum Sanctorum, vel Beatorum redacti sunt. Veritum tamen non est cum addito dicere hunc esse sanctum virum: quae phrasim non aliud prodit, nisi integros, immaculatosque mores eius fuisse. Sanctum ergo, vel Beatum absolute, & sine addito aliquem appellare veritum est. Licitum quoque est vestes, capillos, & alias similes reliquias defunctorum piorum servare, privatim venerari, illorum pedes, manuumque esculculari. Id confirmat Ecclesiae consuetudo. Siquidem istam ac Martyres occisi erant, vel ipsi primis Ecclesiae saeculis eorumdem reliquiae attrihebantur a fidelibus, & colebantur: quamvis adhuc ab Episcopis, ut mos tunc ferebat, publico cultu Martyres donati non essent. Licitum ergo est illos venerari, aliis etiam videntibus, dummodo scandalum ablit. Licet quoque corpora illorum qui cum publica sanctitatis fama obierunt,

honestiori in loco, etiam a terra elevata, & recondere. Veritum tamen est eadem corpora sub altari, aut gradibus eiusdem reponere. Praxim etiam Ecclesiae licitum esse distendit, eiusmodi defunctorum corpora inssepulta servare diebus aliquot, ut fidelium devotioni fiat satis: & ex hilaris habetur, plurima miracula a Deo parata fuisse in ostensionem sanctitatis alicuius defuncti. Item ieiunare, vota privata Deo offerre, fideles licite valent in istorum defunctorum memoriam: quia hi cultus privati sunt, ut Bellarminus Lib. 1. de beatif. cap. x. cum aliis Theologis docet. Verum spartam hanc mirum in modum praeter ceteris omnibus exornavit, illustravitque, & nodos omnes dissolvit, omneque difficultates penitus exhausit doctissimus Cardinalis Lambertinus in suo immortalis Operae quatuor ingentis molis voluminibus comprehenso, & primum in lucem edito, dum Bononiae Archiepiscopi munere fungebatur; qui nunc BENEDICTI XIV. nomine universam Ecclesiam sapientissime regit. Opus illud auro cedroque dignum consule, si quid tibi difficultatis occurrit.

## CAPUT V.

De cultu quo colendi sunt imagines sanctissimae Trinitatis, Christi Domini, & Sanctorum.

I. Licitum, primumque esse sacrum imaginum usum, definit Synodus Tridentina, rationemque eisdem colendi declarat his verbis sess. xxv. decret. 2. *Imagines porro Christi, Virgine, & aliorum Sanctorum in templis praesertim habendas, & venerandas; esseque debent honorem, & venerationem impertientiam: non quod creditur inesse aliqua in eis Divinitas, vel virtus propter quam sint Gloriosa; vel quod ab eis sit aliquod petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat a gentibus; quae in idolis spem suam collocabant: sed quoniam homines qui eis exhibent, referunt ad prototypa quae ille representant; ita ut per imagines quas oculamus, & coram quibus caput aperimus, & proclivimus, Christum adoremus, & Sanctos quorum ille similitudinem gerunt, veneremur.* Ad istius decreti conspectum evanescunt omnium haereticorum importurae. Honorem qui imaginibus exhibetur, in prototypa referimus. Respectiva est omnis imaginum adoratio nostra: respicit liquidem prototypa quae representant. Nulla ergo istis idololatriae labes. Ceterum plurima

ex hoc usu proficiuntur bona. Et primum iones illæ referunt potissimum imperitiæ maiorum nostrorum gesta, & de hinc triumphos. *Scio quidem* (inquit Calvinus Lib. 1. Infit. cap. xi. §. 5.) *illud vulgo esse plusquam tritum, libros idolarum esse imagines. Dixit hoc Gregorius, ad longe aliter pronuntias Spiritus Dei. Fatur Calvinus, & post ipsum Dallæus, ceterique novatores, quarto & quinto sæculo obtinuisse sacrarum imaginum usum. Ad effutire non erubescunt, idololatriæ labe pollutos fuisse omnes Ecclesie Patres. Impotens Protestantium audacia, qua se supra totam sacrarum antiquitatem erigunt, non leve argumentum est commentitiæ eorumdem religionis. Melius ne isti post duodecim secula mores, consuetudineque primorum Christianorum, quam Patres, qui proximi illidem fuerunt, intelligunt? Longe aliter ac Gregorius alique Patres, pronuntiat Spiritus Dei? At nunc Deus Moysi præcepit Exod. xxx. *Daos quoque Cherubim aëreos, & productiles facies ex utraque parte oraculi?* Nonne Num. xxi. confici serpentem aneum mandavit? Nonne Salomon Cherubim, boves, & leones formavit? III. Reg. vi. Sed quid textus congero ad confutandum inane commentum toties contritum?*

II. Licitum itaque est ipsius Dei Patris, & cuiusque sanctissima Trinitatis personæ imaginem formare. Quare merito Alexander Papa VII. proscripsit sequentem propositionem. *Dei Patris sedentis simulacrum nefas est christiano in templo collocare.* Ratio vero cur liceat talis imago, est, quod nemo Catholicorum intendat in eiusmodi imaginibus Dei naturam exprimere. Quis enim taliter obstruere, ut sibi inuadat, depingi humana industria posse aliquam Trinitatis Personam? Hæc picturas fingimus, ut quibuscumque veluti sacris symbolis mens nostra excitetur ad Deum adorandum. Nonne invisibilia Dei per ea que facta sunt, conspiciuntur? Depingimus Patrem æternum sub levis effigie, ut primam esse Triadis personam ostendamus. In pectore Patris Verbum pingitur, ut indicemus a Patre illum esse genitum. Sub columbæ specie Spiritus sancti imago formatur, quia lub hoc symbolo ipse apparere dignatus est. Angelos quoque alatos, ceu pulcherrimos iuvenes, depingimus, quia sub hac forma sapius ipsi apparere. Testatur in his imaginibus nullam ineffe virtutem, nullam a nobis in ipsis reponi fiduciam. Tota spes nostra in Deo est ex meritis Christi. Sanctorum intercessionem imploramus, ut facilius a Deo

obtinemus que tantis intercessoribus petimus. Quæ itaque vesana temeritate obgannit Calvinus, nos imaginari vim aliquam Divinitatis in eiusmodi iconibus inhæbitare; quod palam semper id a Catholicis negatum fuit? quid obtrudit, neque Ethnicos idola sua deorum loco habuisse, sed deos in idololatriæ ferre Bene habet. Sed falsos ipsi deos colebant; eorumque simulacra putidissima numina referebant. Dum Iudei simulacra adificabant, non Deum verum in ipsis, sed falsa gentium numina venerabantur. Quare apertum mendacium Calvinus est, afferentis, Iudeos Deum æternum unum, verumque cæli, ac terræ Dominum sub talibus simulacris periculosos fuisse se colere. Hebræi liquidem, dum simulacra compingebant, ad gentium colenda numina declinabant. Quod toties illis exprobrant Prophete: *Alienigeni post deos alienos; factus est deus alienus; servientur que diis alienis; auferre deos alienos.* Passim occurrunt in Scriptura eiusmodi exprobrationes Iudeis a viris sanctis factæ. Non ergo idololatriæ rei habitus sunt, quod in imaginibus verum, æternumque Deum colebant, quemadmodum comminuitur Calvinus; sed quod deos gentium in idolis venerarentur. Quod vero improperat Calvinus, plures imagines obsecratiis esse exemplaria, quodque insanaria pudicitia, & modelitis cultus meretrices ostendunt, quam temporum imagines que ad virgines representandas institutæ viuntur: impolture, & dicitæria sunt Calvinus odio in Romanam Ecclesiam commissa. Si quid in hoc abusus accidit, ex pictorum vitio ortum ducit. Ceterum, ut eiusmodi corruptelæ ab Ecclesiis nostris evitent, Tridentinum ipsum, & plura alia Concilia vigilare Episcopos iubent adversus eiusmodi sacrilega profanationis portenta. Sed quid ulterius probehor ad retundendam Calvinus audaciam, qui solis conviciis, & calumnias desperatam causam agit?

III. Paucis ergo rem expediemus. Deus venit Israelitis. *Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem que est in celo desuper, nec in terra deorsum, nec in aquis sub terra.* Exod. xi. Item D. Paulus Act. xvii. *Hæus ergo cum finitus Dei, non debemus estimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominis divinum esse simile.* Sentus horum, & similitum textuum ex iis que dicta sunt, perspicue efficitur. Eiusmodi simulacra vetta illis fuerunt ad representanda falsa Ethnicorum numina: hocque adeo evidens est, ut solus effrons Calvinius

vinus negare audeat. Ibidem liquidem habetur: *Deos aures, & argenteos non facietis necum: non habebis deos alienos: abicitis deos alienos.* Quando populus in Idololatriam lapsus est in deserto, deos sibi ab Aaron, nedum simulacra fieri postulavit. *Fac nobis deos, qui nos præcedant:* Exod. xxxii. Sed hæc omnia nimis sunt explorata atque compta.

IV. Quæst. I. *Sint ne eiusmodi imagines adorandæ?* Resp. Licetum esse sacrarum imaginum usum, paucis ostensum est. Nunc licitum, utilemque esse earumdem adorationem, evincendum. Splendidam, atque efficacem istius adorationis rationem exhibet D. Thomas III. P. q. xxv. art. 3. *Duplex est motus animi in imaginem. Unus videlicet in ipsam imaginem, secundum quod res quædam est; alio modo in imaginem, in quantum est imago alterius. Et tunc hoc duos motus est hæc differentia: quia primus motus, quo quis movetur in imaginem, ut est res quedam, est alius a motu qui est in rem; secundus autem motus, qui est in imaginem, in quantum est imago, est unus & idem cum illo qui est in rem. Sic ergo dicendum est, quod imagini Christi, in quantum est res quedam (puta lignum sculptum, vel pictum) nulla reverentia exhibetur: quia reverentia non nisi rationali natura debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur ei reverentia, SOLUM in quantum est imago, & sic sequitur quod eadem reverentia exhibetur imagini Christi, & ipsi Christo. Cum ergo Christus adoretur adoratione latrice, consequens est quod eius imago sit adoratione latrice adoranda. Hinc consequitur minus nobis probari sententiam Bellarmini, & aliorum, cultum aliquem distinctum ab illo qui exhibetur prototypo, imaginibus deferentium. Nam D. Thomas conceptis verbis docet, *scilicet* adorandum esse imaginem ut imago est, seu ut refert prototypum: atque adeo cultus imaginis totus respectivus est, & in prototypum fertur.*

V. Obicitur Calviniani, & Lutheranifolia obfistimata, sempe Scripturam & Exodi xx. & Dent. 11. & ad Rom. 1. & sexcentis aliis in locis prohibere simulacrorum, & idolorum cultus. Porro nec Iudei, nec Gentiles adeo hebetes erant, ac stupidi, ut crederent lapides, ligna, & hominum officina deesse. Quamquam commentum istud convulsim iam fit, lubet nihilofecius solutionum, quam tribus sæculis, antequam e tenebris in lucem erumperet huiusmodi hæreticorum peccatis, exhibuit S. Thomas, transcribere. Di-

endum, quod non prohibetur illo præcepto facere quæcumque sculpturam, vel similitudinem, sed facere ad adorandum. Unde Sabasti: *Non adorabis eam, neque coles. Et quia, sicut dictum est, idem est motus in imaginem, & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis quo prohibetur adoratio rei cuius imago est. Unde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas Gentiles faciebant in venerationem deorum suorum, id est æmulationem. Et ideo præmittitur: Non habebis deos alienos coram me. Ipsi autem vero Deo, cum sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, ut Damascenus dicit, *insipientia summe est, & impietatis figuræ quod est divinum. Sed quia in novo testamento Deus factus est homo, patet in sua imagine corporali adorari.* III. Kart. quæ. xxi. art. 3. ad 1. Legatur interer articulus, cuius doctrina omnes hæreticorum nugæ, & sophistice argumentationes profugiantur. Quam omnia que Theologi catholici suffulsum calamo congerunt, ac erudite discurrunt, prorsus paucis, ac significantissimis verbis Angelicus comprehendit, & mira perspicuitate explicavit.*

VI. Angelica doctrina facta est perpetua Ecclesie traditio, & Conciliorum Niceni II. Florentini, & Tridentini auctoritate; quare de fide est, dignas adoratione esse imagines sacras. Plura alia documenta que tum ex præfatis, aliisque Conciliis, tum ex Patribus adferre possem, missa facio, quod obvia apud Auctores sint: & quia ex iis quod dicta sunt, veritas hæc manet satis compta.

VII. Audiamus dumtaxat aliquid Calvinii commentum. Cur, inquit, inter eiuudem Dei simulacra tantum discernim, ut altero neglecto, aut vulgariter honorato, alterum omni solemnitate honoræ Catholicis profusecur? Cur ad vitanda simulacra quibus similia domini lux habent, votivis peregrinationibus le fatigant? Cur pro illis hodie, tamquam pro aris & focis, ad cædes usque, & strages diladiantur? Hæc & similia obicit Calvinus Lib. 1. Infit. cap. xi. §. 10. Quod deliramentum le ipso concidit ex solo angelicæ doctrinæ conspectu. Si enim nullum noscuntur imaginibus deferimus, nisi illum que colimus Deum, quem refertur; evidens est, omnes imagines Deum representantes eodem quo Deum colimus, apud nos enlu adorari. Quod autem aliique frequentiore adorationum concursu colantur, non inde proficiscitur, quod eisdem aliqua ineffe creaturæ peculiaris virtus, aut maior cultus ratio; sed quod Deus

Deus ob sua miranda arcana velit potius illius quam alterius imaginis uti miracula patrare, & beneficia conferre. Alique etiam imagines depicta sanctis viris, ut a D. Luca, a Nicodemo, vel ab Angelis, perhibentur. Quare in memoria talium pictorum, quorum etiam intercellione adiuvari apud Deum confidunt fideles, peculiari devotione unam prae altera imaginem homines colunt. Nemo tamen Catholicorum credit, imaginem aliquam singularem praeditam esse excellentia, aut alteri antecellere; sed cum omnes aequaliter prototypum representent, omnes eodem omnino cultu respectivo adorantur.

VIII. Argumenta Bellarmini *Lib. 1. de imaginibus cap. xxiv. Suarez III. P. Tom. I. disp. liv. sect. 6.* & aliorum contentendorum, imagines Dei, & Christi Domini non esse adorandas adoratione latrae, sed cultu inferiori, quia imagines sunt inferiores prototypis quae representant, nullius sunt roboris. Tunc enim evincerent intentum illorum argumenta, si peculiari cultu imagines coleamus, & ut sunt res quaedam; verum, cum illas adoremus ut imagines sunt, seu ut representant prototypa, consequitur eodem omnino cultu ac prototypa colendas esse. Quin si exactius loqui velimus, non imagines, sed prototypa representata in imaginibus, colimus. Imagines signa sunt, & symbola quae mentem nostram excitant ad colenda prototypa. In cruce osculamur Christum, in libro Evangeliorum aeternam veritatem, in imaginibus Martyrum, & Sanctorum, Sanctos ipsos colimus. Sic docet Tridentinum, Pontificale Romanum, & optime advertit celeberrimus Bossuetus in expositione doctrinae catholicae *Ecclesiae cap. v.* & prius luculenter docuerat D. Thomas. Dum Concilia Mogantium, Senonensia, alique Scriptores afferunt imagines Christi adorandas non esse latrae cultu, loquuntur de cultu absoluto ipsi imaginibus exhibendo.

IX. Quaest. II. *Adest ne praecipuum aliquod praecipuum sacrarum imaginum usum?* Resp. Certum est nullum dari praecipuum naturale, aut divinum: quia nullibi in sacra Scriptura istius praeccepti velligium. Nec ratio aliqua occurrit quae praefatum usum praecipiat. Ad praecipuum ecclesiasticum quod attinet, adfirmat dari P. Paulus Nazarius in *III. P. quest. xxxv. art. 3. contror. 2.* Quae sententia absolute vera est, si intelligatur de communi usu respectu omnium fidelium. Quamvis enim hoc mandatum verbis expressum latum non sit, consuetudine tamen

vim legis obtinere invecutum est. Tempia, & altaria sacris imaginibus ornare adstringitur. Vetitum est sacrificium in altari, in quo imago Crucifixi non sit, offerre. Grave praeterentur fideles scandalum, si templa, & altaria quibuscumque imaginibus spoliata essent. Quare non est ambigendum, dari eiusmodi praecipuum respectu communis fidelium. Hoc tamen praecipuum non videtur obligare singulos fideles, ita ut quicquid vi praeccepti adstringatur imaginibus uti. Vix tamen a culpa excusandus videretur Catholicus quibus omni imaginum usu abstineret. Nam, si eas negligenter ut superfluas & inutiles, in heresim incidere: si expeditius ceteris eisdem non uti, superfluitate non vacaret, scandalum ingereret, & ab erroris suspitione haud esse immunis. Si ex quadam vero locordia, & negligentia, vel etiam avaritia imagines non adhiberet privatim, non esset, ut mea praefert opinio, alicuius praeccepti violator. Praecipuum tamen utendi his imaginibus uti gere per accidens singulis valet; puta consistenda catholicae fidei necessitate cogente. Huic sententiae accedunt Suarez *Tom. I. in III. Part. disp. liv. sec. 6.* Leander *disp. v. quest. 111.* Saimanticules *tract. xxi. cap. x. punct. 8. num. 98.*

X. Quaest. III. *Adest ne praecipuum eisdem imaginibus adorandi?* Resp. Adfirmat communis sententia duplex dari mandatum. Alterum negans est, quod semper & ubique prohibet eisdem iniuriam, aut irreverentiam inferre. Alterum est adfirmans, quod istis temporibus obligat cultum ipsi impendere, puta cum causa consistenda fidei occurrat, aut occasio cultus una cum aliis fidelibus simul exercenti erga imaginem publice adoratori expostam, aut cum accidit aliqua actio exercenda erga sacras imagines, quae venerationem exigeret. Vix tamen, ut ego quidem arbitror, contingit quod Catholicus praecipuum hoc adfirmans infringat, quin negativum simul violet eisdem imagines contemnendo. In praxi enim aut adorat, aut contemnit. Non nego utrumque extremum declinari posse absolute; sed in praxi vix accidit.

## CAPUT VI.

### De cultu reliquiarum.

I. Quomodo sacras imagines, ita & Sanctorum reliquias dignas adoratione esse, definitum fuit in pluribus Conciliis, Nicæno II. *act. 111.* Cartha-

thaginensi V. *can. v.* Lateranensi II. *cap. lxxi.* Tridentino *sess. xxv. decr. 2.* alitque permultis. Cultus iste peripicue ex Scriptura colligitur. Ex contactu ossium Eliaei homo revixit *II. Reg. xiiii.* Quis dixerit, ossa Prophetæ, per quae Deus tam insignis patravit miraculum, veneratione digna non esse? Christi sepulchrum gloriosum praedicatur ab *Isaia cap. 11.* Quis Ecclesiae primordis perennem, venerandi sacrum Christi monumentum superstitiosius postulerit, nisi haereticus? Non ne mulier hemorrhoisia fimbriam velis Christi contingens sanitatem consecuta est, cuius fidem, & adorationem Christus commendavit? Non ne fideles sudaria, & semicinctia D. Pauli adhibebant ad infirmos sanandos? *Act. xix.* Numquid maiore in pretio, & veneratione haec Pauli sudaria non habebant ac cetera communia sanctorum hominum?

II. Dum Christus *Matth. xxiii.* redarguit Phariseos, Scribaeque, quod ornarent monumenta iutorum, hypocritism in istidem damnat, non cultum; & quod rem bonam pravo ac subdolo animo peragerent, ut Ambrosius, & Hieronymus in praefatum Matthaei locum exponant. Moysis quoque leporem Deus abscondit *Iudaeis*, eo quod essent ad idololatriam, & superstitionem nimium propensi; quod periculum abest a Christianis.

III. Sacrarum cultum reliquiarum a primis Ecclesiae saeculis obtinuisse, luculentissimis monumentis evincunt Theologi catholici. Secundo Ecclesiae saeculo, ut refert Eusebius *Lib. vi. hist. eccles. cap. xv.* Ecclesiae Smyrnenensis sancti Polycarpi Martyris, qui passus est circa annum Christi 167. reliquias venerata est. Christiani quoque Hierosolymitani cathedram S. Iacobi Apostoli venerati sunt, ut narrat idem Eusebius *Lib. vii. cap. xix.* Quarto autem Ecclesiae saeculo cultum hunc viguile in univerfa Ecclesia, ultro latetur vel ipsi Lutherani, & Calvinista. Porro suspensa, ac supra modum omnem miranda est istorum haereticorum velana audacia, dum biterant, Episcopos, & Patres tertio Ecclesiae saeculo a maiorum fide delivisse, & in idololatriam lapsos. Si ab eis quaeras ratione mutationis momenta, non alia prouident, praeterquam quod ipsi non legant, primis tribus saeculis reliquiarum cultum in usu fuisse, Calvinus ergo, & Lutherus, illorumque gregales melius perceperant post tredecim & amplius saecula disciplinam primae aetatis quam sancti Episcopi, quam univerfa

Christianorum Ecclesia, quae iissem primis saeculis proxima fuit? Quis, nisi demens, id dixerit? Verum nonnulli instituti non est persequi quae uberrima eruditione tractantur Natalis Alexander, Bellarminus, Gotti, & innumerati alii.

IV. Ea autem adoratione colenda sunt reliquiae sacrae quae coluntur personae quarum sunt: quoniam reliquiae istae personas quarum corpora sunt partes, referunt. Quare sicut imagines adoramus ab prototypa, ita & reliquias propter personas. Audiamus Angelicum, *cap. III. Part. quest. xxx. art. 6. breuiter scribit. Dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. I. de Civ. Dei cap. xiiii. si paterna vestis, & anulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus; nullo modo ipsa personae sunt corpora, quae utique familiaritas, atque consuetudo quam quilibet instrumenta gestamus... Manifestum est autem quod Sanctus Dei in veneratione habere debemus tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos; & nosmet intercellere. Et ideo eorum reliquias qualescumque honore conuogio in eorum memoriam venerari debemus, & praecipue eorum corpora, quae fuerunt templa, & organa Spiritus sancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Unde & ipse Deus huiusmodi reliquias convenienter honorat in earum praesentia miracula faciendo.*

V. Quaest. I. *Quid nomine reliquiarum intelligitur?* Resp. Sacrae reliquiae sunt sanctorum corporum particulae, ut capilli, ossa, carnes, ungues, sanguis, dentes, cineres, vestes, vela, panni, & alia quae ipsorum corpora tetigerunt, aut quibus Sancti usi sunt.

VI. Quaest. II. *Quomodo est adoranda vermes in quos Sanctorum corpora resoluntur?* Resp. Adfirmat Valquez *de adorat. Lib. III. disp. 111. cap. viii. num. 114.* Sanchez *Lib. II. cap. xliii. num. 2.* Caltopalaus *disp. 1. punct. 6. num. 1.* dummodo, inquit, praeterea Auctores, recta intentione colantur: quatiameodem ratio viger per adoratione pulveris, & vermis. Pulvis, & cineres; in quos resoluntur Sanctorum corpora, coli valent: quidni ergo & vermes?

VII. Hac opinio communiter relictur. Et, si sermo sit de publica adoratione, vel implicita Auctores concedunt, eam minime licere. Verum nulla adratio siue publica, siue privata talium vermium licita est. Quia licet inuisibilis vermes generentur ex Sanctorum corporibus, attamen indecentiam secum adferunt, quae

que impedit ne sint colendi. Indecens enim est Sanctos in rebus putidis colere. Putiditas autem bellis sunt vermes isti: & cum vita fruuntur, videntur propter se adorari. Quare tanquam imprudens superstitio sciendū est horum vermium adoratio, sive publica, sive privata. Est revera, si privata liceret; quidni & publica? Et si publica indigna reputatur; cur non & privata?

VIII. Ut sacra reliquie cultu publico adorari possint, debent esse alicuius Sancti vel canonizati, vel beatificati ab Ecclesia. Quia, si nullus coli publice ut Sanctus potest, quin prius sit ritu solemni in Sanctorum censum ab Ecclesia perscriptus; potiori iure nequeunt eorundem reliquie coli, cum reliquie propter Sanctos, quorum sunt, colantur.

IX. Quæst. III. *Quo certitudo requiritur, ut reliquie colantur tanquam particulari alicuius Sancti?* Resp. Ut prudenter reliquias colamus, scire debemus, quod sint res aliæ reliquie, seu aliquæ porciones, seu res ad aliquem Sanctum, vel Beatum pertinentes. Frudens enim sit oportet cultus noster, ne res profanas pro sacris colamus. Hæc autem certitudo debet esse moralis. In rebus enim moralibus non nisi certitudo moralis requirenda est. Hæc sufficit ad prudentem operationem, ut omnes fatentur Theologi. Quæ autem testimonia requiruntur, ut hæc moralis certitudo habeatur, non potest facile definiti. Distinguendus primus est cultus publicus a privato. Ut cultus publicus deferatur sacris reliquiis, debent delinquentium anime in censum Sanctorum, aut Beatorum esse perscriptæ a Romano Pontifice. Insuper debent sacre reliquie esse ab Episcopo recognite, antequam publico cultui exponantur. Ut tibi vero constat, hæc reliquia esse Sancti ab Ecclesia canonizati, satis est ab Episcopo eandem ut talem declararam esse. Pro cultu vero privato satis est virum probum, & gravem testem hæc reliquiam esse alicuius Sancti; dummodo tamen contraria argumenta non occurrant. In hoc genere extrema cavenda sunt, videlicet & facilis credulitas, & levior criticus. Quoties adiat consuetudo fraudis, & impostura, que non tam raro accidit, difficiliora in adhibenda fide te exhibito. Si prudens suspicio doli, fraudisque non occurrat, non est cur fidem deneges. Car testimonium viri gravis, & probi recitare debemus, nisi æquale, vel quasi æquale dubitanti fundamentum habeas? Plures, inquis, doli & fraudes ab impostoribus avaritiæ, & questus

causa perpetrantur. Verum habet. Sed hinc solum consequitur, caute prudenterque te habere opus esse, antequam assensum præbeas. In omni commerciorum genere fraudes, & doli accidunt veteratorum hominum iniquitate. Propterea ne ab omni societate, & contractu abstinendum? Eam ergo in colendis reliquiis prudentiam adhibe qua in aliis gravibus negotiis uteris.

X. Quæst. IV. *Quas reliquias approbare valet Episcopus, ut eadem publico cultui exponantur?* Resp. Ut iam indicatum est, eas tantum Episcopi reliquias recognoscere, & approbare pro cultu publico valet que sunt alicuius vel Beati, vel Sancti a Romano Pontifice canonizati, ut habetur ex capit. *Fin. de reliq. & vener. Sanct.* Quod verum habet de reliquiis recenter inventis. Siquidem antiquiorum Sanctorum reliquie, que populi christiani universali consuetudine adorate semper fuerunt, non est cur Episcopi eas approbare non debeant; tametsi Sancti illi non fuerint consuetio solemni ritu in Sanctorum albo a Romano Pontifice recentiti. Quoniam hæc perennis & universalis traditio pro solemni canonizatione habetur. Si dubium aliquod grave occurrat super reliquiarum abusu, hæc decernit Concilium Tridentinum. *Si aliquis dubius, aut diffidens abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua gravis questio de his rebus incidat, Episcopus, antequam controversiam dirimat, Metropolitanus, & comprovincialium Episcoporum in Concilio provinciali sententiam expectet; in Concilio provinciali sententiam sanctissimum Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hæcenus in usum non decernatur.* Sess. xxv. de invocac. Sancti.

XI. Quæst. V. *Licitum ne est authenticas reliquias solo suspensas secum deferre?* Resp. Omnes fatentur licitam esse eiusmodi delationem; quia hæc cedit in cultum & venerationem Sanctorum quorum sunt reliquie istæ. Ut tamen licita sit delatio isthæ, abesse oportet periculum profanationis, aut indecentiæ, prout communitur abest. Neque enim quocumque ipsius delatoris peccato hæc reliquie polluantur, aut indecentiam patiuntur; sed tunc indecentia, aut profanatio reliquiarum contingit, cum in ipsas aliqua irreverentia, derisio, vel contemptus exercetur. Hinc qui fornicatur, furatur, aliunde crimen perpetratur, non est dicendus sacrilegus in reliquiis quas cultus causa secum deferat, quia hæc peccata cultui reliquiarum directe non opponuntur: nihilque prohibet sacrum, motum

chum, alioque flagitiosos Catholicos colere reliquias suas, quamvis plura exerceant scelerum. Aliquam tamen irreverentiam adesse, Christianum his sacratorum symbolis Deum offendere, nemo est qui inficias ire valeat; sed quod grave sacrilegium dici debeat, nullum adest solidum fundamentum.

XII. Quæst. VI. *Peccat ne qui sacras reliquias furatur devotionis causa?* Resp. Sententia communis est, nullum perpetraturum peccatum Christianum illum qui ab infideli sacras reliquias surripit: quia illas irreverentia periculo subduceret, & ab iniulto possessore illas vindicaret: inulte quippe infideles sacra hæc pignora possident. Qui vero ab alio Catholico reliquias furatur, dubio procul sacrilegium furtum perpetratur. Quandoquidem licet temporali pretio reliquie facere non sint subiectæ; tantæ tamen apud fideles estimatio sunt, ut grave spirituale damnum patiatur possessor qui invitatus tanto thesauro spoliatur. Quid, si reliquia parva sit, erit ne etiam furtum grave sacrilegium? Furti malitia non ponderatur magnitudo, aut parvitas, sed raritas, & estimatione reliquie. Minima crucis sacrosanctæ, spinæ coronæ, aut alterius rare reliquie particula maximo in pretio habetur; & qui invitatus eadem spoliatur, magna adicitur tristitia, gravique incommodo. Quare similitum reliquiarum furtum, etiam in minima quantitate, grave sacrilegium est. Neque hinc trahendi aniam arripias, non omnes Sanctorum reliquias esse eisdem valoris: quoniam nunc furti quantatem megimur, non ex valore quem habent reliquie sacre abolere, & per se acceptæ; sed ex offensa possessori irrogata tali furto. Omnes enim sacre reliquie cuiusque terreni pretii limites transiunt. Verum quia una præ alia difficilior, aut facilior acquiri potest; ideo maior, vel minor turbatio, & iniuria afficitur qui eadem spoliatur.

XIII. Quæst. VII. *Licitum ne est Principi in bello invito ex uribus illis a se expugnatis reliquias extrahere, & alio transferre?* Resp. Adfirmat P. Ioannes Ferrandus in *disp. Reliq. Lib. I. cap. viii. art. 3.* eo quod bona etiam inter Christianos iusto bello præda ad victores pertinent. Verum hæc opinio merito a Theologis communiter reprobat. Siquidem reliquie sunt bona Ecclesiæ, que ob delictum civitatis occupari nequeunt: suntque a laicali iurisdictione exemptæ, & hæc Ecclesiæ affixæ, & in Dei cultum destinate. Consuetudo quoque id confirmat: ipsi enim

Principes ab eisdemodi sacrariis espoliandis abstinere etiam in civitatibus iure belli capis. Bellum quidem iustum iura temporalia, sedus spiritualia spectat.

XIV. Quæst. VIII. *Licitum ne est venditio, & emptio reliquiarum?* Resp. Negans sententia ex his que dicta sunt, constat. Res enim spirituales nullo temporali pretio subiacent; & qui spiritualia temporali pretio comparat, simonia hæc inquinatur. Quin in reliquiarum usu, & donatione omnis turpis questus suspensus ablit oportet. Quare Concilium Tridentinum *sess. xxv. de cr. & inve. Sancti.* hæc præcipit *In reliquiarum veneratione omnis turpis questus eliminetur.* Hinc tamen minime sequitur, vetitum esse ab infidelibus, soluto pretio, sacras reliquias comparare; quia tum pretium non solvitur pro valore reliquiarum; sed ut reliquie subrahantur irreverentia, & profanationi infidelium. Vexatio redimitur, non res lacra emitur. Negato illicitum videtur custodi reliquiarum pecuniam aliquam dare, ut reliquias sacras vitandas præbeat; dummodo pecunia hæc solvatur abique ullo pacto, & ob incommodum cultus, & ne laborem corporeum, cui incumbit cultus, & in gravi animi testimonium. Ceterum illicitum fore pacto invito expresso vel tacito inducere quidem ad ostendendas reliquias pretio constat.

XV. Quæst. IX. *Est ne simonia peccatum exponere sacras reliquias vendendas, ut inde largiores elemosinas offerantur?* Resp. Duplicem aliqui Theologi intentionem distinguunt in exponere reliquias: magis principalem unam, minus principalem alteram. Si intentio elemosinarum sit minus principalis, nullam contingere culpam assentit; peccati vero, si intentio hæc principalis sit. Alii absolute illicitum hoc esse contendunt. E contrario Castropalaus *tract. viii. disp. 1. puncti. 6. num. 18.* Leander *disp. iv. quest. xxxiii.* Salmanticensis *tract. xxi. cap. x. puncti. 9. num. 115.* defendunt, non peccatum mortaliter eum qui etiam principialiter in reliquiarum ostensione intendere elemosinarum acquisitionem; dummodo nullum interveniret pactum; quia, inquit, ostensione reliquiarum intendere acquisitionem elemosinarum non est eas venales exponere; nec turpis questus committitur, quia non intervenit pactum, vel conventio. Qui hæc intentione reliquias ostendunt, movere fideles duntaxat intendunt ad elemosinas erogandas, licet vero eos ad id obligare. Sed intendere liberalem elemosinarum largitionem ostensione



stione reliquiarum non est simonia. Ergo licitum id erit, aut saltem non culpa mortalis: quia (inquit Salmanticenses) *saltem ventis abesse in hac intentione nequit, cum deus deordinatio aliqua a virtutis religionis sine.*

XVI. Hæc opinio mihi non probatur, eo quod Concilium Tridentinum præcipit, ut in reliquiarum veneratione omnis turpis questus eliminetur. Porro qui principaliter questum in hac veneratione intendit, eliminat e omnem turpem questum? Vir quippe iste questum reapse assequitur in elemosinarum ampla largitione, quarum intuitu potissimum, atque ob hunc potissimum finem reliquias videndas exponit. Homo ille pravam habet intentionem. Quid ergo ad sacrilegam simoniam desit? Factum, & conventio, respondent Salmanticenses: At hoc non aliud concludit quam quod non interveniat simonia realis extrinseca ex utraque parte. Hoc tantum evincit, largientes elemosinas impunes esse a culpa: quia abique ulla prava intentione Deo offerunt sua bona in Sancto memorem. At numquid abique hoc pacto, & conventionis nequit ille qui ob meritum putantque questum reliquias exponere videndas? Numquid simonia mentalis peccatum non est? Qui vero mente intendit temporale emolumentum ex re spirituali, & hac principali intentione reliquias exhibet videndas; qua ratione extorculari simonia mentali valet? Quod non intendat elemosinas tantquam pretium, fed tamquam liberalem largitionem? Verum hæc præcisio param confert ad purgandam a simonia labe præfatam intentionem. Quoties enim principaliter quis intendit temporale pro re spirituali, is sane simonia reus est. Quid plura? Nonne ipsi Salmanticenses fatentur, præfatam intentionem inordinatam esse, & venialis culpa non carere? Porro, si fatentur hæc intentionem a recto religionis sine & ordine deflectere; & venialis, non autem letalis erit intentio isthæc, cum sit in materia gravi? Questus temporalis pro re sacra siapte natura vitiosus est. Ergo qui illum principaliter intendit, graviter peccat.

XVII. Quest. X. *Est ne aliqua pena constituta contra reliquiarum fures?* Resp. Iure communi nullam latam esse penam contendit Suarez *Tom. 2. in III. Par. disp. XXII. sect. 2. num. 9.* Sanchez *Lib. II. cap. XLIII. num. 14.* Callropalans *disp. II. punct. 6. n. 21.* Admittit vero communiter latam esse excommunicationem a Gregorio XII. in cons-

stitutione que incipit *Pontificia sollicitudinibus*, potissimum adversus eos qui ex cemeris, trypis, vel catacumbis Romanis facras turantur reliquias: quam penam extendit præfatus Pontifex adversus eos omnes qui ex quibusvis locis sacris reliquias furripiunt. Huic penæ subiectos esse Prælatos Regularium docent, dum hi particulas corporum beatorum in Ecclesiis propriis quiescentium recidunt, ut eadem donent, alienentque: quoniam præfata reliquia inter bona Conventuum pretiosa computantur: quod tamen intelligendum est de reliquiis insignibus thecis inclusis.

XVIII. Quest. XI. *Licitum ne est cereos agnos venerari?* Resp. Omnes Catholici affirmant, eiusmodi sacros agnos dignos esse veneratione, ut ceteras res sacras; sunt enim a summis Pontificibus solemini ruti destinati in cultum sacrum, sicutque imagines Dei, qui eorumdem venerationem toties confirmavit pluribus miraculis.

XIX. Quest. XII. *Vetitum ne est præfatos agnos sub excommunicationis late pingere, vendere, & tangere?* Resp. Gregorius XIII. plæ pena excommunicationis late sententiæ prohibuit eiusmodi sacros agnos coloribus, minioque depingere, aurum, vel colorem aliquem eidem addere: cuius constitutionis initium est *Omni certo studio.* Minime tamen vetitum est eisdem thecis includere etiam pretiosiss; dammodo albi, & nitidi, nullo adiecto colore, minioque leverentur. Ad venditionem quod attinet, certum est penes omnes Catholicos, res sacras venditioni, vel emptioni subiectas non esse. Licitum vero est pretium accipere, & dare pro materia ex qua cerei illi confecti sunt; sicuti & calices, alique res sacre ratione materie venduntur. Cavendum tamen ne sub hoc materie velo avaritia, & simonia latet. Nam si quis prætextu materie, aut thecæ, in qua agnos includitur, pretium ultra limites iustos auget, præcisus quod emptos pretium soluturus sit, ut cereum sacrum aliquantur, non evadent sacrilege avaritiæ, & simoniæ labem. An postea licitum sit laicis eiusmodi cereos agnos tangere, negant aliqui. Sed mihi videtur, nullam perpetratos culpam viros illos, aut mulieres, que reverenter, & devotionis, aut necessitatis causa eisdem tangunt: idemque assero de ceteris sacrisreliquiis quas fideles secum deferunt, & ad manus quotidianæ habent. Nimis profecto abnormi videtur, Catholicos, qui cultum reliquiarum foventes easdem collo suspensas deferunt, ob-

solom

solom reverentem contactum culpæ reos damnare. Quid, si theca in qua inclusus est agnus, frangatur? Abstant ergo sive laici, sive Ecclesiastici a contactu profano, minime decenti. Ceterum eos oculentur, tangantque, devotione, aut necessitate urgentibus.

XX. Quest. XIII. *Que veneratio vestibus sacerdotibus, vasis sacris, & templis debetur?* Resp. Quod vasa sacra, templa, & ornamenta in Dei cultum destinata, digna sint veneratione, Catholicorum nemo inficitur. Porro, cum, hæc omnia ad Deum colendum sint instituta, planam est latric cultu respectivo esse adoranda, quia Deus in iisdem adoratur: idque definitum est in Concilio generali VII. *art. vi.* ubi hæc habentur. *Domine, præter te neminem vocamus, nomen tuum vocamus. Testis est ipse beatorum Angelorum exercitus: testis Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & sanctorum Patrium vatus. Ad reoracionem autem sensitoris nostri, ad tuam gloriam, quo ad magnificentiam, & figuram divine crucis tue adducimus, evangelicam narrationem, & imaginum picturam habemus: habemus item & alia plurima consecrata vasa: hæc, quia in nomine tuo facta sunt, & consecrata, excolamus.* En quomodo paucis verbis Concilium omne idololatricæ periculum amollitur, dicens, quod Catholici neminem præter Deum unum trinumque adorant: quod imagines adhibeamus ad sensus nostros in Dei cultum erigendos excitandosque: in hunc finem sacros Evangelicæ codices, vasa sacra, & alia ornamenta habemus. Quomodem ergo cultu latricæ Dei imagines adoramus, sic quoque eadem adoratione templa, vasa sacra, & cetera ornamenta divino servitio addicta colimus. Idque clarius docet Epiphanius nomine Concilii loquens *act. cit. §. Hæreticis proprium. Hæc igitur nos, qui Deo soli & uni latricam exhibemus in spiritu & veritate, scientes, quacumque illi offeruntur, aut consecrantur, sive divina fuerit crucis veneranda figura, sive sacer Evangelicæ codex, sive veneranda imagines, sive sacra vasa, ea amplectimur, & veneramus; ut qui spem habeamus sanctificationis ab ipsis reddenda, & illis ob id adorationem honorificam exhibemus. Adorate enim, ait (Psalm. LXVIII.) scabellum pedum eius, quia sanctus est ipse.* Quam ob causam Gregorius Theologus in *Sermone Natalitium Domini* sic inquit: *Bethlehem honore afficit, & præsepe adora, & contractio sancta sunt.* Consule, si lubet, etiam D. Thomam 2. 2. q. cxxix. *art. 3.* Ratio ob-

Cont. Theol. Tom. III.

via est. Nam ideo sacre imagines Dei, & Christi Domini adoratione latric coluntur, quia sacra symbola sunt, quæ nobis ad Deum, divinæque mysteria representanda sunt instituta: eo ergo cultu quo colitur Deus, adoranda sunt. Hæreticorum nuge iam supra repulsa sunt.

XXI. Quest. XIV. *Quomodo calices, corporalia, & alia res sacra tangi a laicis possunt?* Resp. Plura extant decreta qua laicis vetant tangere vasa sacra, ut calices, pallas, corporalia, caliculas, & alia ornamenta ab Episcopo benedicta, præsertim *cap. Sacratas disp. xxxviii. item cap. Sancta hæc Apostolica.* Que tamen decreta quantum ad omnia vim modo non habent. Nam communi iure receptum est tam viros, quam mulieres licite tangere calicam, & alias sacras vestes ab Episcopo benedictas; maxime cum adest iusta causa eadem lavandi, refectendi &c. Vasa quoque non consecrata reverenter tangi a laicis valent, secus post consecrationem. Quare abique venialis culpa nequeunt laici tangere calicem consecratum, etiam vacuum, paternam, & corporalia. Idque probat Suarez: quia summi Pontifices privilegium impertiti sunt Religiosis laicis Minorum, & Societas Iesu, ut possint vacuos calices, paternam, & alia vasa consecrata immediate tangere, maxime dum Ecclesiis intersunt: quod argumento est, eosdem communi iure contractura esse illa minime posse. Qui tenet prima tonsuræ initiati sunt, ab hoc contractu non prohibentur. Calix vero contentus sanguinem Christi, necessitate sublata, à solo Sacerdote, vel Diacono tangi licite valet. Necessitate vero urgente, etiam ipsum corpus Christi a laicis tangere, absente Sacerdote, a quocumque elevari summa cum reverentia debet, & Sacerdoti quamprimum tradi in sacrario responsenda. Similiter, si Sacerdoti communicanti caderet particula consecrata in sinum mulieris, ab hæc reverenter, non a Sacerdote, elevari debet. Nec enim Dominus qui corpus suum sacrificium tangendum præbet lingue, uti, fucibusque mulieris, se tangi dignis eisdem designatur, necessitate urgente servanda modestie, atque periculum, scandalumque amolendi causa.

XXII. Corporalia, & purificatoria tangi diximus posse a laicis Regularium vi privilegii, dum facultate intersunt. Numquid etiam eadem lavare poterunt? Distingui communitur Auctores tres lotiones. Plura referri privilegia solent, vi quorum Fratres laici Ord-

B num

num regularium, & Moniales possint corporalia, & purificatoria tangere, ac lavare. Verum his omnibus missis, standum est consuetudini ubique obtinenti, videlicet primam lotionem a Sacerdotibus, vel Diaconis esse faciendam. Ex privilegiis quae in favorem laicorum Fratrum adducuntur, non aliud eruitur, quam quod valeant praefata tangere, dum sacrificia intersunt; lectus quod valeant edomlavare. Porro iura quae vetant eiusmodi lotionem, sunt valde manifesta, quaeque ipsa praxi, & consuetudine iam dicta fortiora evadunt; ideo pro certo habendum, primam corporalem, & purificatoriam lotionem Sacerdotibus, & Diaconis servatam esse: & haec est communior Theologorum opinio.

XXIII. Quæst. V. Res sacre converti ne liceat possunt in usus profanos? Resp. Primum certum est, grave scelus esse uti rebus sacris, infusum retinens suam formam, in profanos usus, ut si quis calicem in communi mensa ad bibendum adhiberet. Quoniam talis usus est manifestus contemptus. Rex Baltiliar mortis a Deo plexus fuit, quod vasa domus Dei adhibuerat ad mensam: quia, ut habetur Levit. xxvii. quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Legatur D. Thomas 2. 2. g. lxxxviii. art. ii. quoniam in re exploratissima non vacat prolixius immorari.

XXIV. Quare reiicienda est absolute spectata sententia Ioannis Dicastrillo, qui ex Henrico docet tract. v. de sacrif. Miss. disp. xv. n. 23. non videri mortale, sed morem esse pro comediis honestis (quod ego intelligerem pro comediis sacris) & intra Ecclesiam, ut illis vestimentis; & mihi placet, maxime ad representandum aliquem sanctum Presbyterum, aut Diaconum, aut aliquod simile, iudicio prudentis determinandum. Hunc quem Dicastrillus morem vocat sibi tantum notum, ceteris autem omnibus incognitum, sacrificium esse abustum, omni circumstantia sublata, adeo contemptum est, ut nulla opus sit probatione. Velites igitur sacras, vasa Deo dicata licebit in scenas inducere? Legatur Tridentinum sess. iv. decr. de edit. lib. Quid quod dum haec exculare Dicastrillus contendit, sceleriora efficit? Scenarum turpitudinem temporum sanctitate obterege ille credit. Qui sacras velles in profanum theatrum induceret, sacrilegium perpetraret. Qui vero templa in theatra, altaria in scenas convertit: qui templa una cum vestibus sacris profanat: qui comitorum, & hiltionum impudentem artem exercent in sacris locis, hi sunt ab ini-

quitate immunes? Horrent haec pia aures, & magis detestatio quam impugnatione reitici illa debent. Res sacre ritu sacro, & ab Ecclesia profano, non comico, & theatri reprobantur sunt.

XXV. Quamquam res sacre fissionem, & fractionem benedictionem, & consecrationem amittant, non inde tamen sequitur licitum esse earundem usum in profanum convertere. Idque probat Angelicus canonum auctoritate inducta III. Par. q. lxxxiii. art. 3. ad 3. *Propter hoc etiam quod aliquam spirituales virtutum adipiscantur per consecrationem in eadem distinctione* (dist. 1. de consecr. c. xxxvi. Ligna Ecclesie) statum legitur: *Ligna Ecclesie dedicata non debent ad aliud opus usque, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in Monasterio Fratrum; in laicorum autem opera non debent admitti.* Et ibidem legitur (c. xxxix.) *Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dantur: cineres quoque eorum in baptisterium infertur, aut in pariete, aut in fossis pavimento intendantur, ne introeuntium pedibus inquinentur.* Addendum, ligna Ecclesie diruta applicanda non esse neque in Monasterium, vel ad repallindas vineas; sed ad capitulum, dormitorium, aliave religiosa loca, ut reverentia sacris rebus debita servetur. Quod in laudato capite de consecratione statuitur pro altaris palla, & cathedra; idem de sacerdotibus vestimentis, aliisque Ecclesie ornamentis dicendum. Quin addit Sylvester verba Benedictio q. vii. lapides Ecclesie dirute in Monasteriorum aedificia convertendos esse. Consule Suarez III. p. disp. lxxxii. sect. 8. Salm. israel. xxi. c. x. p. 11. §. 2. Azorium Tom. II. instit. Lib. IX. c. ix. quæst. vii.

XXVI. Quæst. XVI. An vasa sacra, postquam fracta sunt, vendi valeant? Resp. Ut eiusmodi vasa in profanum usum converti, & venalia exponi valeant, debent igne, vel ferro ita amittere priorem formam, ut nihil eiusdem remaneat, ita ut aurum, argenteum communis materia appareat. Tunc enim, cum nihil sacri in eis consistat, nihil quod est quod profanum. Quare non caret irreverentia, & sacrilegio calices vendere, oppugnari etiam ad usus sacros sub pretextu quod vendantur non ut consecrati, sed ut conlata materia venali. Spectanda tamen sunt circumstantiae, & potissimum finis, ac necessitas. Vestimenta sacra, etiam concisa, non debent in usus profanos converti, aut vendi: quia istorum

rum materia nequit, sicut illa calicis, aliorumque vasorum, penitus transmutari. Quare vel comburenda, aut ad refacienda alia sacra vestimenta adhibenda sunt. Quondam calix, aliisque sacra vasa, ornamenta Ecclesie deputata benedictionem, & consecrationem amittant, consule Barbolam de offic. & potest. Episcopi par. 11. alleg. 27.

XXVII. Quæst. XVII. Res profane converti ne in usum sacrum possunt? Resp. Adfirmant communiter Theologi, dummodo delecta artificiosa forma, ad formam reducantur aptam, & consuetam pro muneribus sacris obaudiis. Neque aliqua difficultas in oppositum urget: immo omnia ornamenta sa-

ora ex communi materia consueuntur. Accedit praxis communis, quae pretiosis matronarum, viduarumque velles in Sacerdotum calicibus, & alia Ecclesie ornamenta tandem convertuntur. Sacra enim benedictione quælibet profana macula deletur. Quid quod vel ipsa laicorum domos in templa sacra aliquando Pontifices summi commutantur? Sic Marcellus Papa S. Lucinae, & Urbanus S. Cæcilie domos in Ecclesias Deo consecratas dicantur: & Bonifacius IV. amplium illud, & magnificentissimum Pantheon, Ethnicorum olim temporum, in Ecclesiam convertit forma immutata, & benedictione, atque consecratione adiecta.

## DISSERTATIO II.

DE VITIIS OPPOSITIS RELIGIONI, SEU DE SUPERSTITIO, EIUSQUE SPECIEBUS.

### CAPUT I.

Definitio, ac divisio superstitiois.

I. Superstitio describitur a D. Thoma 2. 2. q. xxi. art. 1. his verbis. *Superstitio est vitium religioni oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum divinum quam vera religio, sed quia exhibet cultum divinum vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.* Perpicua sunt omnia.

II. Superstitioem primum in duas species Angelicus tribuit loc. cit. art. 2. Altera nuncupatur ex modo indebito colendi Deum: altera ex parte obiecti quod colitur. Prima cultum debitum Deo offert, sed modo indebito: secunda cultum Deo debitum creaturae exhibet. Distinguitur ergo superstitio in species primo quidem ex parte modi; secundo ex parte obiecti. Potest enim divinus cultus exhiberi vel cui exhibendus est, scilicet Deo vero, modo tamen indebito; & hoc est prima superstitiois species; vel cui non debet exhiberi, scilicet creature creaturae; & hoc est alia superstitiois species, quod in multas species dividitur secundum diversa fines divini cultus. Primam superstitioem modi indebiti dividit Angelicus q. xxi. art. 1. in alias superstitioes: quarum prima in eo est sita quod Deo tributur cultus fallus, seu perniciosus, qui fallus esse potest ob rem significatam; ut si quis Iudaeorum ceremonias nunc Deum

adoraret; vel si fallis miraculis quis intendere fidem catholicam confirmare; aut divinis officiis turpia misceret. Potest itidem esse fallus, atque perniciosus ex intentione contentis, ut si quis se fingeret Ecclesie Sacerdotem, & sacrificia offerret: qui cultus fallus ex parte contentis non modo in publico, sed etiam in privato contingere potest. Exempla adducit Caletanus in Comment. ad huc art. in ieiunio, & oratione: ut si quis contra modum Ecclesie ieiunaret in dominica; aut oraret sic propria persona, ut nullum haberet respectum ad Ecclesiam, cum preceptum orandi in persona Ecclesie a Domino impositum sit. Orbitis: *Peter noster: Panem nostrum: Dimitte nobis.* Quare qui hanc precem pro se tantum Deo offerret, cultu falso Deum coleret. Quæ tamen hoc in sensu intelligenda sunt, dum quis positive vellet a participatione istius precis ceteros fideles excludere; aut vellet die dominico ieiunare, nulla habita ecclesiastica disciplina ratione, sed ut ipse peculiariter ritum inlitteret. Nullius vero superstitiois ritus esset qui spiritu penitentiae actus diebus dominicis ieiunaret, non ut singularem disciplinam invehneret; sed ut carnem fortius spiritu libericeret, penaque peccatis debitas perolveret: similiter qui dominicam precem Deo offerret pro semetipso, absque intentione excludendi alios fratres.

III. Altera superstitiois species ex parte